

# FLORA.

62. Jahrgang.

Nº 31. Regensburg, 1. November

1879.

**Inhalt.** Dr. J. Müller: Lichenes Japonici. — Dr. H. Conwentz: Ueber ein miocänes Nadelholz aus den Schwefelgruben von Comitini bei Girengi. — K. A. Henniger: Ueber Bastarderzeugung im Pflanzenreiche. (Fortsetzung.) — S. Schunck: Gnaphalium silvaticum Linné, varietas: „recta“. — Neue Literatur. — Bekanntmachung. — Personalnachricht. — Anzeige.

## Lichenes Japonici

a cl. Dr. Aug. Hénon prope fodinas metalligeras J Kouno, in prov. Tasima, in Japonia temperata subaustro-occidentali lecti, quos elaboravit Dr. J. Müller.

1. *Cladonia alcicornis* Flk. Cladon. p. 23, inter muscos ad 2600 ped. s. m. prope J Kouno.

2. *Cl. verticillata* Flk. Clad. p. 26, in montosis prope J Kouno ad terram, sub Azaleis.

3. *Cl. fimbriata* f. *denticulata* Körb. Syst. p. 22; *Cl. pyxidata* b\* *denticulata* Flk. Clad. p. 55; cum praecedente.

4. *Cl. Henoniana* Müll. Arg., thallus squamoso-foliaceus, squamae adscendentibus, 3—7 mm. longae,  $2\frac{1}{2}$ —4 mm. latae, ambitu obovatae v. oblongato-obovatae, difformiter pinnatilobae, lobi late obtusi, crenulati, pagina superior cinereo-virens, inferior lactea et longitrorsum obsolete costulata; squamae hae in facie superiore aut in margine apothecia sessilia et exigua circ.  $\frac{1}{5}$ — $\frac{1}{4}$  mm. lata singula v. *sympycarpica* fusca proferentes, v. in statu evolutiore podetia gerentes; podetia haud scyphosa,

3—13 mm. longa, fere 1 mm. crassa, undique cartilagineo-corticata et superne praesertim macrophyllina, nunc apice subtruncata, nunc breviter erecto-ramulosa, fere semper simul et apice et lateraliter fructigera; apothecia sessilia aut breviter stipitata, depresso-globosa, fusca v. nigro-fusca, iis squamularum conformia; sporae bene evolutae non visae, juniores 6  $\mu$  longae, linear-ellipsoideae. — Planta fere exakte medium tenens inter *Cl. altheliam* Nyl. Lich. mex. Fred. Müll. in Flora 1858 p. 378 et *Cl. pityrophyllam* ejusd. Animadv. circa Lich. Spruce in Flora 1874 p. 70, cum posteriore squamis thallinis fere quadrans, at squamis fertilibus etiam *Cl. alcicorni* Flk. accedens, a qua jam podetis omnino distat. In simili *Cl. althelia* squamae thallinae longe profundius incisae et laciniae ambitu (etiam in hujus var. *macrophylliza* Nyl. Lich. Husnotian. p. 5, quae similiter truncicola) multo magis oblongatae sunt. — Habitat inter muscos in cortice trunci putrescentis Cryptomeriae prope J Kouno, ubi a clariss. et amiciss. Dr. Hénon lecta et cum reliquis sequentibus mecum communicata fuit.

5. *Cl. angustata* Nyl. Lich. exot. Polynes. p. 236, prope J Kouno ad terram et in tectis stramineis.

6. *Parmelia pertusa* Schaer. Enum. p. 43.

v. *albida* Müll. Arg., thalli laciniae haud imbricato-lobuligerae, inter se magis discretae et paullo angustiores, distincte v. sub-distincte planiores, (praesertim versus apicem), supra sub-stramineo- v. virescenti-albidae, soredia nulla v. rudimentaria. — Prope J Kouno ad truncos Pruni domesticae et Cerasorum sterilis.

7. *P. saxatilis* Ach. Meth. p. 204, ad truncos Quercus ad J Kouno, sterilis.

— — v. *dimorpha* Müll. Arg., thallus medio late microphyllinus, laciniae centrales numerosae, abbreviatae, quam in planta genuina speciei duplo triplove angustiores, 1—3 mm. latae, circ. 3—7 mm. longae, vix imbricatae, fere laeves, periphericae multo longiores, 2—3-plo latiores, minute reticulatae; apotheciorum margo integer. — Ambitus speciminum fere ut in *P. saxatili*, pars media lata thalli steno-brachy-leioloba. Facies inferior thalli et indumentum normalia. Sporae non evolutae visae; apothecia visa vix 1 $\frac{1}{2}$  mm. lata, valde concava. — Habitat ad truncos Pruni domesticae ad J Kouno.

8. *Lecanora japonica* Müll. Arg., thallus effusus, tenuissime tartareus, laevis v. leviter undulato- v. subgranuloso-inaequalis,

hinc inde rimulosus, cinereo-albicans; apothecia dense sparsa, sessilia,  $\frac{1}{3}$ — $\frac{4}{5}$  mm. v. saepius  $\frac{1}{2}$ — $\frac{2}{3}$  mm. lata, margine cinereo-albescente mediocri obtuse prominente et integro v. demum obsolete crenulato cincta, discus carneo-fuscescens, madefactus autem mox vitellino-fuscescens, subplanus; lamina et hypothecium hyalina, epithecium inferne leviter fuscescens, paraphyses sat conglutinatae, asci anguste oblongati, circ. 100  $\mu$  longi et 20  $\mu$  lati, saepissime 15—16 (10—16) -spori; spora 12—15  $\mu$  longae, 7—8  $\mu$  latae, ellipsoideae. — Habitu *L. subfuscum* v. *distantem* Nyl. Scand. p. 160 vel etiam vulgarem tropicam v. *subgranulatum* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caled. pag. 26 (exceptis margine et colore disci) simulat, sed asci semper magis polyspori et discus madefactus aliter coloratus. Juxta *L. cateileam* Nyl. Lich. Lapp. or. p. 133 et *L. praesistentem* ejusd. in Flora 1872, p. 550 locanda est. — Habitat ad truncos Mori albae prope J Kouno.

9. *L. subfusca* v. *horiza* Ach. Lich. Univ. p. 394, in ramulis Rhois Vernicis prope J Kouno.

— — v. *glabrata* Ach. Lich. Univ. p. 393, in ramis speciei caducifoliae Quercus ad J Kouno.

— — v. *distans* Nyl. Scand. p. 160, prope J Kouno cum var. *horiza*.

— — v. *chlorona* Ach. Syn. p. 158, cum var. praecedente et v. *horiza*.

10. *L. varia* v. *conizaea* Nyl. Scand. p. 163, prope J Kouno ad truncos Pini Massoniana, et Quercus (foliis caducis) japonice Konnighi nuncupatae.

11. *Pertusaria pallescens* v. *rosella*; *Lecanora pallescens* v. *rosella* Tuck. in Willey Cat. p. 13, apotheciorum discus siccus albidus, sed madefactus pallide subrosellus, radiis marginis versus centrum convergentibus plus minusve persistentibus distinctis irregularibus tectus (reliqua ut in forma normali, sc. *Pertusaria pallescens* Müll. Arg. s. *Lecanora pallescens* Auct.): prope J Kouno ad truncos Prunorum.

12. *P. parellula* Müll. Arg., thallus tenuiter tartareus, laevis, et anfractuositates saxorum arcte sequens, minute rimulosus, plumbeo-albidus v. pallide cinereus, margine haud limitatus, gonidia normalia, globosa, diametro 10—13  $\mu$  aequantia; apothecia adpresso-sessilia, evoluta 1— $1\frac{1}{3}$  mm. lata, novella albida obtuse et crasse prominenter marginata, margo evolutorum mediocris thalloque concolor et integer, discus juniorum albo-

velatus, dein sensim, praesertim madefactus in colore pallide testaceum abiens, hinc inde more Thelotrematum quorundam prominentiis marginis subclathratim operculatus; lamina undique hyalina, tenax; paraphyses eximie tenues, implexo-ramosae et hinc inde connexae; asci ampli, 8-spori; sporae ellipsoideae (simplices et hyalinæ), circ. 60  $\mu$  longae et 30  $\mu$  latae, pro magnitudine leptodermeæ. — Color apotheciorum evolutorum ut in *P. tartarea* Müll. Arg. (s. *Lecanora tartarea* Ach.) sed apothecia ipsa longe minora, imo minora quam in *P. pallescens*, et thallus laevigatus, unde planta prima fronte distincta. — Habitat ad saxa prope J Kouno.

**Obs.** Species generis *Ochrolechia* Mass. ob thalamii structuram, ob paraphyses laxe implexo-ramosas et hinc inde trabeculatim ramosas laminam tenacem reddentes (at minus facile observandas) a genere *Lecanora* segregandæ et, natura clare invitante, *Pertusarii* prope *Pertusariam bryonham* adscribendæ sunt.

13. *P. velata* Nyl. Scand. p. 179, in ramis Prunorum domesticarum ad J Kouno, sterilis.

14. *Calopisma aurantiacum* v. *salicinum* Mass. Syn. Lich. blasten. p. 11, in cortice fruticis Rhus Vernix et Mori albae ad J Kouno, margine apotheciorum fere ab initio proprio.

15. *Lecidea coarctata*  $\beta$  *elachista* Th. Fries Scand. p. 447, in sylvis densis intricatis saxicola prope J Kouno.

16. *L. albocoerulescens* Ach. Meth. p. 52; *L. albocoerulescens*  $\alpha$  *vulgaris* Schaeer. Spicileg. p. 143, saxicola in sylvis densis prope J Kouno. — Specimina bene cum europæis, ex. gr. Hepp n. 243, Rbh. n. 232 quadrant. Sporæ 18—28  $\mu$  longæ. Margo subinde occurrit sulco circulari duplicatus.

17. *L. exigua* Chaub. in Flore Agen. p. 478, in cortice Rhus Vernix ad J Kouno.

18. *L.* (sect. *Biatora*) *inxpectata* Müll. Arg., thallus tenuis, minute leproso-granulatus, cinereo-albidus, margine effusus, gonidia libera majora diametro circ. 12  $\mu$  aequantia, sat pachydermea, normalia, minora saepe glomerulose coadunata; apothecia  $\frac{1}{7}$ — $\frac{1}{4}$  mm. lata, sessilia, plana, primum margine concolore vix prominente angusto mox evanescente cincta, fuscescenti-carnea, dein fusca, madefacta distincte subpellucida; lamina cum hypothecio hyalina, molliuscula, paraphyses facile segregandæ, apice irregulariter capitato-incrassatae; asci cylindrico-ovovoidei, apice pachydermei, 12-spori, sporæ (simplices et hyalinæ) 7—9  $\mu$

longae, 5  $\mu$  latae, ellipsoideae, utrinque subaequaliter rotundato-obtusae. — Affinis *L. exiguae* Chaub.. sed sporae in ascis 12-nae et minores et thallus magis albidus; a *L. plusiospora* Th. Fries Scand. p. 473 differt thallo, minutie apotheciorum et forma sporarum. — Habitat ad corticem *Quercus* prope J Kouno.

19. *Patellaria* (sect. *Biatorina*) *livido-nigricans* Müll. Arg.; thallus virens, effusus, crebre granulosus, granula subinde mammiformi-oblongata; gonidia normalia, diametro 8—16  $\mu$  aequantia, solitaria v. conglomerata et tum minora; apothecia evoluta  $1\frac{1}{4}$ — $1\frac{1}{2}$  mm. lata, globosa, immarginata, nigra v. saepius livido-nigricantia, hinc inde tamen pallidiora, obscure coerulescenti- v. caesio-albella v. nigrescenti-livida, juniora margine haud prominente mox evanido cincta et madefacta nonnihil translucentia; lamina hyalina, epithecium pallidum v. obsolete fuscescens, hypothecium olivaceo-fuscescens, paraphyses rarae, tenues et aegre discernendae, haud separabiles; asci oblongato-ovoidei, apice valde pachydermei, 8-spori; sporae hyalinae et 2-loculares, 9—12  $\mu$  longae, 3—4 $\frac{1}{2}$ ,  $\mu$  latae, oblongato-ovoideae, supra latiores. — Valde affinis *Catillariae prasinae*  $\beta$  *byssaceae* Th. Fries et praesertim *Lecidea melanobolae* Nyl. in Flora 1867 p. 371, sed thallus bene evolutus, hypothecium non hyalinum et paraphyses aliae. — Habitat ad corticem *Cryptomeriae japonicae* (Conif.) prope J Kouno.

20. *P.* (sect. *Bacidia*) *Beckhausii* Müll. Arg., *Bacidia Beckhausii* Körb. Par. p. 134; *Lecidea bacillifera* Nyl. Scand. p. 210 (1861), in cortice Cerasi (*Pruni Pseudo-Cerasi* Lindl.?) ad J Kouno, sed vestigia tantum lecta, bene fructigera.

21. *P.* (sect. *Catillaria*) *concreta*; *Catillaria concreta* Körb. Syst. p. 232.

v. *depauperata* Müll. Arg., thalli areolae paucae v. paucissimae, quam in forma genuina europaea minores, tenuiores et subpallidiores, hypothallus excepto margine e nigricante albens, apothecia, propter thallum fere deficientem minus innato-adpressa, simpliciter arcte sessilia. — A planta germanica et helvetica nullo pacto specificie separanda, apothecia extus intusque exacte conveniunt, apothecia caeterum fere omnia magis prominenter marginata sed omnino similia hinc inde in speciminibus europaeis etiam observantur. Sporae valde ludunt, 17—25  $\mu$  longae, 11—14  $\mu$  latae sunt, saepius tamen ovoideae v. late ovoideae, medio paullo constrictae. — Habitat ad saxa metamorphico-porphyrica, prope J Kouno.

— — *v. ecrustacea* Müll. Arg., thalli areolae omnino deficentes, hypothallus ad maculam fusco-nigricantem reductus aut margine distincte zonam nigram v. olivaceo-nigram formans, *v. apothecia* tantum in macula fuscescens-cinerea sita. — Primo intuitu a planta europaea valde diversa, fallax, at certe clare transeunte var. praecedente hujus loci. — Habitat cum var. praecedente in eodem saxo prope J Kouno.

22. *Buellia parasema* Körb. Syst. p. 228.

*v. vulgata* Th. Fries Scand. p. 590, ad corticem Quercuum prope J Kouno.

*v. microcarpa* Körb. Syst. p. 228, in cortice Magnoliae Roburis ad J Kouno.

23. *B. stellulata* Mudd. Man. p. 216, ad saxa metamorphico-porphyrica ad J Kouno.

24. *B. vernicoma* Tuck. Gen. p. 187, ad ramulos Azaleae prope J Kouno. — Species thallo viridante minute granuloso et sporis 4-locularibus parvis distincta et a speciminibus americanis non distinguenda. Sporae 10—13  $\mu$  longae,  $3\frac{1}{2}$ —5  $\mu$  latae, octonae, paraphyses conglutinatae, lamina nana, circ. 35  $\mu$  alta, hyalina, epithecum fuscescens, hypothecium nigro-fuscum. Apothecia ut in *B. parasematis* *v. microcarpa*. Geographice verisimiliter latissime distributa etiam si hucusque paucis tantum locis lecta.

25. *Graphis dendritica* Ach. Lich. univ. p. 271, et Nyl. Prodr. Lich. Gall. et Alger. p. 150, ad truncos Magnoliae Roburis ad J Kouno. — Lirellae subsimplices, planta caeterum ex structura peculiari perithecia et forma sporarum cum specie latissime distributa bene quadrat.

26. *Gr. scripta* *v. limitata* Ach. Lich. Univ. p. 265, ad corticem Rhois Vernicis et Pruni domesticae ad J Kouno.

— — *v. varia* Ach. l. c., in cortice Prunorum ad J Kouno.

— — *v. serpentina* Nyl. Scand. p. 252, in cortice Mori albae ad J Kouno.

27. *Arthonia Vernicis* Müll. Arg., thallus hypophloeodes, tenuis, per epidermidem maculam flavescenti-cinereum *v. albida* formans; gonidiorum chroolepoideorum articuli paullo longiores quam lati, diametro 4—7  $\mu$  aequantes; apothecia  $1\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{4}$  mm. lata, suborbicularia, ambitu obtuse inciso-lobata, plana, epidermide tenuissime rimuloso-rumpente persistenter velata, unde atro-grisea, ipsa tamen, praesertim inferne, atro-fusca, lamina subhyalina, asci globoso-obovoidei, superne incrassato-pachy-

dermei, 8-spori; sporae hyalinae, demum fuscantes, 11—15  $\mu$  longae, 5—6  $\mu$  latae, cylindrico-obovoideae, superne latiores, 3—5-septatae, articulus superior normaliter reliquis vix distincte altior. — Juxta *A. phaeonephelam* Nyl. Syn. Lich. N. Caled. p. 62 inserenda est. — Primo intuitu nigra videtur sub velo epidermoidali, sed vere fuscis adscribenda est. — Habitat in cortice fruticis *Rhus Vernix* prope J Kouno.

28. *A. Henoniana* Müll. Arg., thallus tenuissimus, hypophloeodes, per epidermidem maculam nigrescenti-griseam formans; apothecia  $\frac{3}{4}$ —1 mm. lata, plana, tenuia, suborbicularia, ambitu obsolete lobata v. angulosa, opaca, sicca nigra, madefacta fuscantia; lamina subhyalina v. olivascens, asci oblongo-obovoidei, circ. 65  $\mu$  longi et 30  $\mu$  lati, apice modice pachydermei, 8-spori; sporae 20—23  $\mu$  longae, 7—9  $\mu$  latae, hyalinae, demum olivaceo-nigrescentes, soleaeformi-biloculares v. saepissime 3-loculares, obeso-digitiformes, utrinque rotundato-obtusae, articulus superior latior, reliquis leviter major, in bilocularibus autem inferiore brevior. — Juxta *A. ephelodem* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caled. p. 60 inserenda est, a qua apotheciis minoribus obscurioribus, thallo non albo et sporis multo majoribus recedit. Sicca quodammodo *A. complanatam* Fée subsimulat. — Habitus ad corticem *Quercus hortorum* ad J Kouno.

29. *Arthopyrenia Jkounensis* Müll. Arg., thallus hypophloeodes, tenuissimus, epidermide rimulosa tectus, per epidermidem maculam griseo-fuscantem parumque perspicuam formans; perithecia  $\frac{1}{8}$ — $\frac{1}{5}$  mm. lata, depresso-hemisphaerica, dimidiata, basi applanato-dilatata, vertice poro aperta, opaco-nigra; paraphyses indistinctae; asci 45  $\mu$  longi, anguste clavato-obovoidei, basin versus sensim angustiores, superne modice pachydermei, 6—8-spori, sporae 11—13  $\mu$  longae, 2 $\frac{1}{2}$ —3  $\mu$  latae, obovoideo-clavatae, 2-loculares, semper hyalinae. — Species tenella, a proxima *A. stenospora* Körb. Par. p. 390 peritheciis paullo minoribus, forma ascorum et sporis brevioribus distincta est. — Crescit in cortice *Quercus* cuiusdam caducifoliae ad J Kouno.

30. *A. atomaria* Müll. Arg. Lich. Genev. p. 89 (1862), in cortice *Quercus* ad J Kouno, sporis haud omnino maturis lecta.

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1879

Band/Volume: [62](#)

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: [Lichenes Japonici 481-487](#)